Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et in loco eius quem construebat. sub
iunxit quoque spectum eius et confregit simu
lacrum turpissimum et combussit in tor
rente cedron. excelsa autem non abstulit.
Verumtamen cor asa perfectum erat cum
domino deo suo cunctis diebus suis. et
intulit ea quae sanctificaverat pater su
us et voverat in domum domini au
rum et argentum et vasa. bellum erat
inter asa et baasa regem israel cunctis
diebus eorum. Ascendit quoque baasa
rex israel in iudam et edificavit rama
ut non posset quisquam egredi vel ingre
di de parte asa regis iuda. tollens itaque
asa omne argentum et aurum quod re
manserat in thesauris domus domini
regis dedit illud in manus servorum suo
rum et misit ad benadab filium tabre
mon filii ezion regem syriae qui habitabat
in damasco dicens. fedus est inter me
et te et inter patrem meum et patrem tuum
ecce misi tibi munera argentum et aurum
et peto ut venias et irritum facias fe
dus quod habes cum baasa rege israel et
recedat a me. Acquiescens benadab regi
asa misit principes exercitus sui in ci
vitates israel et percusserunt abion et dan
et abel domum maacha et universa
de neroth. omnem terram neptalim
quod cum audisset baasa inter misit
edificare rama et recessit et in theersa
rex autem asa misit nuntium in omnem
iudam dicens. nemo sit exceptatus. et
tulerunt lapides de rama et ligna eius
quibus edificaverat baasa et exstruxit
de eisdem rex asa gabaa benamin et
maspha. reliqua autem omnium sermo
asa et universae fortitudines eius et cun
cta quae fecit et civitates quas exstruxit
non ne haec scripta sunt in libro verbo
et dierum regum iuda. Veruntamen
in tempore senectutis suae doluit pedes
et dormivit cum patribus suis et sepul
tus est cum eis in civitate david pa
tris sui. Regnavit quoque iosaphat filius eius
pro eo. nadab non filius ieroboam reg
navit super israel anno secundo asa regis iuda
regnavit quoque super israel duobus annis et
fecit quod malum est in conspectu domini
et ambulavit in viis patris sui et in
peccatis eius quibus peccare fecit israel. Con
spiratus est autem ei baasa filius ahia de
domo issachar et percussit eum in gebetho
que est urbis philistinorum. siquidem
nadab et omnis israel obsidebant gebe
thon. Interfecit igitur illum baasa in
anno tertio asa regis iuda et regnavit pro
eo. Cumque regnasset percussit omnem
domum ieroboam non dimisit ne unam
animam quidem animam de semine
eius donec deleret eam iuxta verbum
domini quod locutus fuerat in manu
servi sui ahiae silomitis propter peccata ierobo
am quae peccaverat et quibus peccare fe
cit israel et propter delictum quo irritaverat
dominum deum israel reliqua autem sermonum
nadab et omnia quae fecit nonne haec scripta
sunt in libro verborum dierum regum
israel. Fuit quoque bellum inter asa et baasa
regem israel cunctis diebus eorum.
In anno tertio regis iuda regnavit ba
asa filius ahia super omnem israel in thersa
viginti annis et fecit malum coram
domino ambulavit quoque in viis ieroboam
et in peccatis eius quibus peccare fecit is

Factus est sermo domini ad hieu fi
lium anani contra baasa di
cens. pro eo quod exaltavi te de pul
vere et posui ducem super israel. plurim